XXXI. OCTOBRIS. תִּשְׁרִי VII.

PRIDIE CAL. NO. ΥΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΣ.

HOC DIE PVBLICE PROPOSITA, ET FORIBVS TEMPLI AD ARCEM VVITEBERGENSEM AFFIXA EST PRIMA DISPVTATIO DOCTORIS MARTINI LVTHERI CONTRA INDVLGENTIAS *impudentiſsimis mendacijs ornatas & uenditatas* à TECZELIO *Monacho, qua edita, paulatim doctrina cœleſtis de pœnitentia & de remiſsione peccatorum fide accipienda propter filium* Dei *Dominum noſtrum* IESVM CHRISTVM, *repurgata & illuſtrata eſt, & poſtea lux reddita eſt multis alijs quoq; articulis doctrinæ neceſſariæ in* Eccleſia Dei, *Anno Chriſti* 1517. *Centeſimo & altero anno* POST COMBVSTVM CONSTANTIAE IOHANNEM HVSS, *qui cum damnatus hæreſeos abduceretur ad ſuppliciũ anno* 1415, *dixiſſe fertur ad* Epiſcopos: POST ANNOS CENTVM RESPONDEBITIS DEO ET MIHI.

NOVEMBER.

מַרְחֶשְׁוָן MARHESVAN. OCTAVVS.

Dicitur etiam בּוּל quaſi מַבּוּל inundatio, à crebris pluuijs. 3. Reg. 6.

ΔΙΟΣ.

SVID. Δῖος ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν, ὁ νέος.

ἈΝΘΕΣΤΗΡΙΏΝ.

Cum hunc menſem Atticum Plutarchus in Sylla cum Martio, in Arato cum Dæſio, qui Iunio reſpondet: Macrob. lib. 1. cap. 2. cum Aprili: Ptolemæus cum Ianuario coniungat lib. 7. pag. 169. cogor dubitare de hoc unico menſe, utrum rectè ſit à Gaza ſuo loco collocatus. Verte ☞

ἈΘΎΡ.

Pannonius docuit Gallorum MARTIVS oras:
Fertilis ELISABETH cantat Duringia laudes.

※ Menſe Antheſterione Athenis celebrata eſſe ΜΥΣΤΗ-ΡΙΑ τὰ μικρὰ ſcribit Plutarchus in Demetrio.

Suidas etiam dicit: Ἀνθεστηριὼν ὄγδοος μὴν ἐστι παρ' Ἀθηναίοις ἱερὸς Διονύσου, Ἴστρος δὲ φησὶ κεκλῆσθαι αὐτὸν οὕτω διὰ τὸ τὰ πλεῖστα τῶν ἐκ γῆς ἀνθεῖν τότε.

Sic & Varinus: Ἀνθεστήρια τὰ ΔΙΟΝΥΣΙΑ, φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος καλεῖσθαι κοινῶς τὴν ὅλην ἑορτὴν Διονύσῳ ἀγομένην ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΑ, κατὰ μέρος δὲ ΠΙΘΟΙΓΙΑ, ΧΟΑΣ, ΧΥΤΡΑΝ καὶ ΧΥΤΡΟΥΣ. uide diem 12. huius menſis.

Idem & Suid: Χύτροι ἑορτὴ Ἀθήνησιν. ἐν μιᾷ δὲ ἡμέρᾳ ἤγοντο οἵ τε Χύτροι καὶ οἱ Χόες.

I. NOVEMB. מַרְחֶשְׁוָן VIII.

CALENDAE. ΔΙΟΣ.

OMNIVM SANCTORVM.

Marcus Fulvius Flaccus triumphum egit de Vulſinienſibus anno urb. 489.

Caspar [illegible] naſcitur, Anno 1530. H. 3. M. 30. poſt merid. Roſtochij.

Hoc die, cum compleuiſſem anum ætatis meæ vigeſimum tertium, veni in academiam Bononienſem, quã rectiſsime et veriſsime matrem ſtudiorum vocamus, De qua iuſte dr: Bononia docet. Bononia facit optimos Doctores. P. Tu cogites d. D. Mariano Soccino Nepoti, clariſsimo in tota Europa ICto, et ipſius poſteritati, te memoria ſūmorum beneficiorũ, in perpetuum deuinctum eſſe.

Dextrum GENV ORIONIS mane occidit.

II. NOVEMB.

מַרְחֶשְׁוָן VIII.

IIII. NONAS.

ΔΙΟΣ.

ἈΝΘΕΣΤΗΡΙΩ͂Ν.

III. NOVEMB.

ἈΘΎΡ.

III. NONAS.

CONSTANTIVS Imperator CONSTANTINI MAGNI Filius, cum audiuiſſet patruelem ſuũ fratrem IVLIANVM Cæſarem, iam à militibus ſuis ob res fœliciter geſtas contra Alemanos, appellatũ Auguſtum, cum inſtructiſſimo exercitu uenire ad occupandum imperium, ex Antiochia, ubi bellum contra Parthos geſſerat, obuiam profectus, ad Mopſucrenen urbem inter Cilices & Cappadoces apoplexia extinctus eſt anno Chriſti 364. ætatis 45. cum poſt patrem 25. annis imperaſſet. Tripart. fine lib. 5.

IIII. NOVEMB.

מַרְחֶשְׁוָן VIII.

PRIDIE NONAS.

Διος

Ἀνθεστηριῶνος

V. NOVEMB.

Ἀθύρ.

NONAE.

Sicyonij celebrabant feſtum ΣΩΤΗΡΙΑ *in honorem* ARATI, *eò quòd ille hoc die Antheſterionis menſis patriam à triſti ſeruitute regum Macedonicorum in libertatem uindicauerat. Plutarch. in Arato 355. pag.*

Ἀντάρης Cor SCORPII cum Sole occidit.

VI. NOVEMB.

מַרְחֶשְׁוָן VIII.

VIII. IDVS.

ΔΙΟΣ.

Hoc die Menſis Marheſuan credunt Iudæi Sedechiæ liberos in conſpectu patris interfectos, & ipſi poſtea oculos effoſſos eſſe.

Hoc die Anno 1.5.64. celebrantur nuptiæ clariſs. viri dni Ioachimi Raymari I.V. Licentiati, et honeſtiſs.ª virginis Ilſæ Frijſiæ ſororis cariſs. uxoris meæ.

ΠΡΟΤΡΥΓΗΤΗΣ cum Sole occidit.
In Baltheo ORIONIS præcedens, & ΚΎΩΝ SIRIVS matutino occidunt.

ἈΝΘΕΣΤΗΡΙΏΝ.

VII. NOVEMB.

VII. IDVS.

ἈΘΎΡ.

In Baltheo ORIONIS media & ſequens mane occidunt.

VIII. NOVEMB. מַרְחֶשְׁוָן VIII.

VI. IDVS. ΔΙΟΣ.

Natalis PAVLI EBERI *editi in hanc lucem prima hora mane poſt medium noctis anno Chriſti* 1511. *in oppido Franciæ orientalis* KITTHINGA, *cuius lagitudo habet gradus* 27. *&* *trientem, latitudo* 49. *&* *dodrantem.*

Ab hoc die per quadriduum HYADES matutino occidunt.

Humerus ſiniſter ORIONIS mane occidit.

ἈΝΘΕΣΤΗΡΙΏΝ. ἈΘΎΡ.

IX. NOVEMB.

V. IDVS.

Frons SCORPII cum Sole oritur.

X. NOVEMB. מַרְחֶשְׁוָן VIII.

IIII. IDVS. ΔΙΟΣ.

CLADES VARNENSIS.

Pridie MARTINI anno 1444. Chriſtiani maximam cladem acceperunt ad VARNAM oppidũ Romaniæ, ſitum ad Euxinum pontũ, quod olim eſt dictum Dionyſopolis, ad quã urbem pugna commiſſa, cum noſtri iam ſuperiores eſſent, quibuſdam Epiſcopis temerè aciẽ nudantibus, AMVRATHES ſuos pedites in loca illorum immiſit, & aciem noſtram turbauit, unde miſerabilis ſtrages ſecuta eſt, in qua circumuentus REX HVNGARIAE LADISLAVS occiſus eſt, unà cum IVLIANO Cardinale legato Pontificis EVGENII, qui fuerat Regi autor rumpendi fœderis, quod cum Amurathe paulò ante optimis conditionibus factum fuerat.

Annis 39. poſt, hoc eſt, anno 1483. eodem die hora XI. poſt meridiẽ ante mediam noctem, in oppido CHERVSCORVM ISLEBIA NATVS EST D. MARTINVS LVTHERVS ex honeſtis parentibus IOHANNE LVTHERO ET MARGARITA, quorum pio conſilio, cum facultates eſſent mediocres, puer, in quo ſtatim indoles ad literas & uirtutem egregia elucebat, primum in ſcholam puerilem ISLEBIA..AM, deinde in Academiam ERFORDIANAM miſſus eſt.

Annis 13. poſt Lutherum eodem die D. BERNHARDVS CIGLERVS ſacræ Theologiæ Doctor natus eſt in loco uicino urbis MYSNAE.

PLEIADES mane occidunt.

ἈΝΘΕΣΤΗΡΙΏΝ.

XI. NOVEMB.

ἈΘΎΡ. III. IDVS.

MARTINVS.

PLEIADVM OCCASVS MATVTINVS HYEMIS INITIVM ET TEMPVS SEMENTIS OLIM ERAT ROMANIS. XLVIII. die poſt æquinoctium Autumnale. Plin. lib. 18. cap. 25. & 31. Idem lib. 2. cap. 47.

ΛΑΜΠΑΔΊΑΣ mane occidit.

XII. NOVEMB. מַרְחֶשְׁוָן VIII.

PRIDIE IDVS. ΔΙΟΣ.

Hoc die menſis Ἀνθεστηριῶνος ΔΙΟΝΎΣΙΑ antiquiora, ſeu ut Plutarchus uocat in Demetrio, MYSTERIA MINORA celebrabantur Athenis in Templo Bacchi intra urbem in Limnis. Thucydides lib. 2. ubi enumerans templa Athenarum propinqua arci, inquit: καὶ τὸ ἐν λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα ΔΙΟΝΎΣΙΑ τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι pag. Aldini exemplaris 40. B. Cumq; idem teſtetur lib. 5. Dionyſia urbana ſub finem hyemis & initium ueris celebrata eſſe, iterum ſuſpicor, Ἀνθεστηριῶνα, non pertinere ad menſes hybernos.

SVID. ΧΟΕΣ ἑορτή τις ἦν παρ' ἀθηναίοις ἀγομένη ἀνθεστηριῶνος δωδεκάτῃ, φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος, ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΑ καλεῖσθαι κοινῶς τὴν ὅλην ἑορτὴν τὴν Διονύσῳ ἀγομένην, κατὰ μέρος δὲ ΠΙΘΟΙΓΙΑ καὶ ΧΟΑΣ, καὶ ΧΥΤΡΑΝ. Sic & Varinus.

ἈΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ. XIII. NOVEMB.

ἈΘΥΡ. IDVS.

PHILIPPVS LANDGRAVIVS HASSIAE NASCITVR non procul à caſtris patris GVILIELMI LANDGRAVII HASSIAE, obſidentis tunc oppidum Palatinatus appellatum CAVB, in bello Bauarico, anno 1504. mane hora quarta.

PHILIPPVS BEROALDVS naſcitur Bononiæ anno 1450.

Q. Fabius Maximus Rullianus II. COS. triumphum egit de Etruſcis anno urb. 444.

Cn. Fuluius Max. Centumalus COS. de Samnitibus Etruſcisq; anno urb. 455.

Frons SCORPII cum Sole occidit.

XIIII. NOVEMB. מַרְחֶשְׁוָן VIII.

XVIII. CAL. DECEMB. ΔΙΟΣ.

Nebuloſa in capite ORIONIS matutino occidit.

ἈΝΘΕΣΤΗΡΙΏΝ. XV. NOVEMB.

Ἀθύρ. XVII. CAL. DECEMB.

Menſis VIII. *die* XV. IEROBOAM, *qui à filio* SALOMONIS ROBOAM *defecerat cum* X. *tribubus, & peculiare regnum cõſtituerat in* SAMARIA, *quod uolebat regnum* ISRAEL *uocari, id eſt, iuſtum & ordinarium illius populi, prohibiturus, ne populus ex decem tribubus ad ſolennes feſtiuitates in lege* Dei *mandatas, quotannis ter aſcenderet* Hieroſolymam, *erexit duos aureos uitulos; unum in* BETHEL, *alterum in* DAN, *& prima ſacrificia pro dedicatione nouorum* Templorũ *magnifice fecit, & hunc diem quotannis ſolenni feſto celebrari ab omnibus ſubditis regni Iſraël mandauit.* 3. Reg. 12.

XVI. NOVEMB.

XVI. CAL. DECEMB. Διος.

TIBERIVS CAESAR *natus eſt anno proximo poſt interfectum* CICERONEM, *ante Chriſti natalem annis* 39.

DOMINVS DOCTOR CASPAR CRVCIGER *poſt diuturnos colicos cruciatus, inter quos ipſos tamen difficiles labores ſuſtinuit in uertendis utilibus ſcriptis* DOCTORIS MARTINI LVTHERI, *hoc die in pia confeßione & arendti inuocatione filij* Dei Domini *noſtri* IESV CHRISTI, *placida ſed immatura morte deceßit, Anno* 1548. *cum ageret ætatis annum quadrageſimum quartum.*

Humerus dexter ORIONIS mane occidit.

ἀνθεστηριών. XVII. NOVEMB.

ἀθύρ. XV. CAL. DECEMB.

FLAVIVS VESPASIANVS IMPERATOR *natus eſt anno poſt Chriſti natalem undecimo.*

TITVS VESPASIANI *filius poſt ſubactam* Iudæam *& euerſa* Hieroſolyma, *cum exercitu in* Syriæ *oppidum* BERYTVM *profectus in hyberna, & patris ſui natalem celebrans, aliquot* Iudæorum *captiuorum millia, ſicut ante in natali fratris* Domitiani *fecerat* Cæſareæ, *in ludorum ſpectaculis producta, beſtijs laceranda obiecit.* Ioſephus.

XVIII. NOVEMB. מַרְחֶשְׁוָן VIII.

XIIII. CAL. DECEMB. ΔΙΟΣ.

Chelæ ſeu Libræ Borealis lucida veſperi occidit.

ἈΝΘΕΣΤΗΡΙΏΝ. XIX. NOVEMB.

ἈΘΎΡ. XIII. CAL. DECEMB.

ALBERTVS MARCHIO BRANDEBVRGENSIS *ob res egregiè geſtas cognominatus* ACHILLES *naſcitur anno* 1414. *hora* VII. *matutina.*

ELISABETH.

Filia Regis Hungariæ, nupta LVDOVICO LANDGRAVIO DVRINGIAE ET HASSIAE, *ſepulta Marpurgi.*

XX. NOVEMB.

XII. CAL. DECEMB.

ΔΙΟΣ.

ἈΝΘΕΣΤΗΡΙΏΝ.

XXI. NOVEMB.

ἈΘΎΡ.

XI. CAL. DECEMB.

ἈΝΤΆΡΗΣ **Cor SCORPII mane oritur.**

XXII. NOVEMB.

מַרְחֶשְׁוָן VIII.

X. CAL. DECEMB.

ΔΙΟΣ.

Senas. ubi tum erat [illegible]dium Regis Galliæ.

ἈΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ.

XXIII. NOVEMB.

ἈΘΥΡ.

IX. CAL. DECEMB.

FRANCISCVS Dux LVNEBVRGENSIS Ducum ERNESTI & OTTONIS *frater, mortuus eſt die natali ſuo, quo inchoabat annum ætatis quadrageſimum, Anno Chriſti* 1549.

Pax inter Serenis. Principem D. Fridericũ Danorum Regem &c. et Legatos Suecicos et reipub. Lubecensis conclusa et restituta Anno &c 68. Roschildiæ, Sed postea a Suecis reiecta.

Vltima AQVÆ in ore piſcis Marini oritur veſpertino.

XXIIII. NOVEMB.

VIII. CAL. DECEMB. ΔΙΟΣ.

PERSIVS FLACCVS *Satyricus Volaterranus mortuus eſt anno ætatis* 28. P. *Mario*. L. *Aſinio Gallo Coſſ. anno Chriſti* 64. *ſub Nerone*.

VDALRICVS ZASIVS *Conſtantienſis, celebris Iureconſultus Friburgi Briſgoiæ obijt anno ætatis* 74. *à Chriſto nato* 1535.

AQVILA mane oritur cum Sole.

ἈΝΘΕΣΤΗΡΙΏΝ. XXV. NOVEMB.

ἈΘΎΡ. VII. CAL. DECEMB.

NB. CATHARINA.

Hoc die, cum finita concione pomeridiana, in templo Diuæ Virginis, cum cariſs. parente meo amater colloquerer; à quodam ſceleſtiſsimo nebulone, Iohanne Schroder Roſtochiano, ſeptem globulis ex bombarba emiſsis, in conſpectu patris, nefarie, et lætaliter ſum læſus in dextro humero. Ipſe cum à nobis in templo detineretur, à Lictorib. captus, et in carcerem detruſus est, et primo die ♄. [illegible] intercedente, et deprecante ultimo, et digno ſupplicio affectus est. Anno 1554.

HYADES hoc triduo oriuntur vespertino.

XXVI. NOVEMB. מַרְחֶשְׁוָן VIII.

VI. CAL. DECEMB. ΔΙΟΣ.

Ser. Tullus Rex Romanorum primum triumphum egit de Ethruſcis anno urb. 52.

ἈΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ. XXVII. NOVEM.

ἈΘΥΡ. V. CAL. DECEMB.

P. Ventidius Procoſ. ex Tauro monte & Parthis triumphum egit anno urb. 716.

RVFFINI POENA.

Cum uictor exercitus, quo THEODOSIVS Imperator fuerat uſus contra EVGENIVM, qui occidentis imperium inuaſerat, poſt mortem Imperatoris hoc die Conſtantinopolim rediret, RVFFINVS præfectus Imperatoris cum ARCADIO Auguſto ad ſalutandas legiones obuiam exercitui profectus, ad portam Vrbis à militibus circundatus & occiſus, pœnas luit immaniũ ſcelerum, quæ duobus eruditis libris Claudianus poëta expoſuit, ubi furia Megæra de Ruffini malicia ad ſorores loquens, inquit:

Ipſa quidem fateor, uinci, rabidoq; magiſtram
Peruenit ingenio. Nec plus ſermone morabor:
Solus habet ſcelerum quicquid poſsedimus omnes.

ΛΑΜΠΑΔΙΑΣ veſperi oritur.

XXVIII. NOVEM. מַרְחֶשְׁוָן VIII.

IIII CAL. DECEMB. ΔΙΟΣ.

GEORGIVS CASTRIOTVS DICTVS SCANDERBEGVS Albaniæ in Epiro principatum adeptus eſt anno 1443. qui præceßit cladem Varnenſem, ad quam ne noſtris adeſſe poſſet auxiliaribus copijs, ut uoluerat, prohibitus eſt à uicino Deſpota.

Triduo post acceptum vulnus, cum
grauiſsime ægrotarem, sumpsi sacra
tiss. corpus, et pretiosiss. sanguinem
IESV CHRI filij DEI.

Missi sunt ad me Senatores et
ciues aliquot, à familia hostis mei,
vt meam voluntatem cognoscerent.
His ego (: quantum ferebat tum
summa imbecillitas mea :) con=
uenienter tamen respondi.

Anno Dni 1559. Hora 11. M. 30.
in meridie, nascitur cariss. filia
mea Dorothea in oppido Iutiæ
septentrionalis Coldinga, quam Se-
reniss. Daniæ regina Dorothea e
baptismo clementer suscepit.

ἈΝΘΕΣΤΗΡΙΏΝ. XXIX. NOVEMB.

ἈΘΎΡ. III. CAL. DECEMB.

DOCTOR ANDREAS AVRIFABER VRATISLAVIENSIS natus eſt anno Chriſti 1513. ſemiſſe horæ poſt ſecundam pomeridianam.

Xo. Romam veni, ad d. D. Laure-
tium Kevelhof, amicum meum sincerum.
Anno 1553. ſc3.

XXX. NOVEMB. מַרְחֶשְׁוָן VIII.

PRIDIE CAL. DECEMB. ΔΙΟΣ.

AN-DRE-AS. *L. Aemilius Paulus II. Procoſ. ex Macedonia & rege Perſeo triumphum egit quatriduum anno urb.* 585.

DECEMBER.

כִּסְלֵיו CISLEV.

NONVS.

Hos duos menſes coniungit Ioſephus aliquoties.

ἈΠΙΛΛΑΙΟΣ.

SVID. Ἀπιλλαῖος παρὰ Μακεδόσιν ὁ Δεκέμβριος μὴν.

ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ.

SVID. Ποσειδεὼν μὴν παρ' ἀθηναίοις οὕτω καλούμενος ὁ Δεκέμβριος.

ΧΟΙΑΚ.

Poſt caſti ſacra NICOLEI longiſſima nox eſt,
Fauſta dies celebrat tibi CHRISTVM virgine natum.